

tatur pro vero, & autentico registro, sive extimo dicti Cleri, eidem data fuit, & de presenti datur plena, & autentica fides, tamquam vero, iusto, & autentico registro, sive extimo. In quorum testimonium presentes fieri iussimus, & registrari, nostrique sigilli impressione muniri. Dat. Alexandrie die XIV. januar. MCCCCXXXVII.

Subs. Ego Gullielmus Carcamuggius de Firuffinis Civis Alexandrie publicus imperiali autoritate Notarius, ac Not., & Scriba Curie prefati Domini Vicarii superscriptas literas ejus mandato scripsi, & ad fidem premissorum me subscripsi.

(1) Ex hac recognitione suppleri facile possunt Correctorum nomina, quæ in charta ann. 1355. legi haud potuerunt.

*Sententia ex compromisso inter Civitatem Aquarum, & locum Tertii. Ex Tab. Civ. Aq.*

86

MCCCCXXXVIII.

In nomine Domini Nostri Jesu Christi Amen. Nos Gullielmus Dei, & Apostolice sedis gratia Episcopus Betlemitanus, & Comes, & Benentinus Besfurius civis Aquis arbitri . . . concorditer electi . . . per partes . . . scil. spect. D. Johannem ex marchionibus Malaspine dicti loci Tertii suo nomine, & Johannem de Arancamilio, Thomam de Cacia, & Gullielmum Balbum syndicos . . . Tertii . . . & Antonium Bellexium, & Antonium Carlevarium cives Aquis syndicos . . . civitates Aquis habentes ad universa potestatem . . . compromittendi . . . ut constare dicitur publico instrumento recepto per Nigrum Zabreriam civem Aquis Notarium desuper litibus . . . vertentibus inter ipsas Communitates occasione captionis cujusdam Milani . . . de Plana cum mulis duobus, & certo sale, quod erat super eis ac equo . . . captorum pre-textu pedagii falliti in Tertio per Castellatum Tertii, seu ejus famulos in principio Montate S. Martini, & citra fossatum Pozonarii versus Aquis dicentibus ipsis D. Johanne . . . locum captionis esse de finibus Tertii, & e contrario dicentibus Aquensibus ipsum locum captionis esse de poderio, & finibus civitatis Aquis.

Viso dicto compromisso &c. Visis, & auditis juribus &c. Christi, & B. Marie Virginis &c. pronunciamus quod omnes possessiones descripte in registris . . . loci Tertii . . . que contigue sunt finibus Aquis, sunt . . . ipsius loci Tertii; similiter . . . quod singule possessiones registrate . . . in registris civitatis Aquis, que sunt contigue . . . finibus . . . Tertii, ac & possessiones Ecclesie S. Martini, que non sunt registrate, sint, & esse debeant perpetuo poderium, & fines . . . civitatis Aquis.

Item declaramus, viam publicam, qua itur ab Aquis Tertium usque ad quoddam Erginetum; quod est Zerbum desuper ipsam viam inter Zerbum, & possessionem Ecclesie S. Martini, & Zerbum, quod esse dicitur registratum in registris Tertii sub nomine Marengi, & Francisci Arancanciliis, & quod nunc tenet castrum Tertii, & qui Erginerius est ultra Ecclesiam S. Martini deversus Tertium, sit,

& esse debeat de poderio, & finibus, & poderium, & fines civitatis Aquis; & a dicto Erginacio ultra versus Tertium, sit, & esse debeat de via publica, de poderio, & finibus, ac poderium, & fines loci Tertii.

Item cum per attestaciones . . . habuimus in forma, quod in confinio viarum, quod confinium est inter rivum Pizonem, & rivum Menzani, & in quo capitur via, qua itur ad montem Moyrani dictis de Aquis erat assignatum, & positis terminis quibus est coherentiatum . . . dicimus . . . Quod . . . licitum sit Potestati Castellano . . . & Officiali dicte civitatis Aquis capere, & capi facere a dicto rivacio usque ad medietatem dicti confinii per viam publicam tantum omnes, & singulos tam homines, quam bestias delinquentes . . . quovis modo in & super posse Aquis sine aliqua contradictione illustris Domini Johannis Marchionis Malaspine, & Officialium, & hominum dicti loci.

Item dicimus . . . suprafer. Milanum Ferrarium de Plana cum mulis, & equo fuisse captos super posse, & finibus Tertii.

Item . . . absolvimus . . . omnes fidejussores prestitos per dictum Milanum &c.

*Conventiones inter Johannem Malaspinam Dominum Tertii, & Cavatoris, & Civitatem Aquis coram M. Montisf. Ex Tabul. ejusdem Civit.*

MCCCCXXXVIII.

87

In nomine Domini anno MCCCCXXXVIII., indictione I., die XXI. maji. In terra Casalis sancti Evassii in conventu sancti Francisci in Camera Reverendi Domini Generalis ipsius conventus declaratio controversiarum deductarum coram illustri, & excelso Marchione D. N. Johanne de Monteferrato de modo bene vicinandi, & vivendi inter spectabilem Johannem ex Marchionibus Malaspine, & homines locorum suorum, videlicet pro locis Tertii, & Cavatoris, & ceterorum, & homines civitatis Aquis . . . Primo quod omnes, & singule pene, & banna secuta ab hac die retro cassæ censeantur . . . pro tempore autem venturo serventur capitula antiqua dictorum locorum, & consuetudinum, prout observari consueverant ab annis x. retro . . . Item quod partes, seu homines dictorum locorum possint supra poderiis . . . alterius partis piscari, pascolare, venari &c. Item fructus, qui colliguntur . . . in possessionibus . . . situatis super territorio alterius partis, & quas laborabunt conducere . . . ad loca, in quibus habitabunt . . . Item quod hominibus civitatis Aquis liceat claudere, & levare sapellos, & foxa, & levatas in nemoris Moyrani prout antiquitus facere consueverunt sine contradictione D. Johannis, modo non sint vie publice, & imperiales, & communes. Item quod homines Tertii, & Cavatorii, si voluerint conducere uvas, que nascuntur super possessionibus suis dictorum locorum in Civitatem, teneantur petere licentiam a civibus Aquis, qui teneantur eam dare; que declaratio facta fuit in presentia illustris D. Johannis de Monteferrato, ac Reverendi in Christo patris D.